

A

ILLVSTRISSIMIS COMITIBVS
AC DOMINIS,
D OM IN IS
H EN R I C O VI.
IVNIORIS LINEAE RVTHENO,
COMITI AC DOMINO PLAVIAE,
DOMINO GRAECII, CRANNICHFELDAE, GERAЕ,
SCHLAEZAE AC LOBENSTEINII

ET
R O C H O F R I D E R I C O
COMITI LINARIAE,
DYNASTIAE LVB BENAVIENSIS
ET BUCKOVIENSIS DOMINO,
DE CVRSV STVDIORVM IN ACADEMIA IENENSI
FELICITER CONFECTO DEQVE EDITIS
EXIMIAE ERVDITIONIS SPECIMINIBVS
QVA DECEP OBSERVANTIA
GRATVLATVR
I O. G E O R G I V S VVALCHIVS,
TH. D. ET P. P. O.

IENAE, LITTERIS RITTERIANIS.

[1723] A

18.



ILLVSTRIMMI COMITES,

ROCHO FRIEDRICO
ELICES omnino reputandas esse litteras,
quisque existimabit, vbi eiusmodi cultores
atque amatores inueniunt, qui æque na-
scendi fortuna sunt egregii; ac suo ingenio
suaque virtute præstant atque ad summa
quaquis acriter contendunt ac prospere eni-
tuntur. ita enim non solum eximum decus sibi comparant;
sed eo quoque præsidio se muniunt, quo suam dignitatem con-
seruare: ab illorum, qui sinistre sentiunt, iniuria vindicare:
immo insigniter augere viamque sibi parare possunt, qua in
illustriorem lucem prodeunt vimque suam in rebus publicis iis-
que grauissimis egregie monstrant. quo maior sane illorum,
quos natalium splendor ab aliis distinguit, fortuna est atque
auctoritas, eo vberiorem felicitatem musæ ab eorum fauore
liberali spe sibi pollicentur. quæ quum ita sint, reputando
summa studia vestra, ILLVSTRIMMI COMITES, quæ felici-
ter ad litterarum disciplinas contulisti, nescio, num ipsi musis;
an vobis maiori iure debeam gratulandi officium? vos
enim estis, qui adhuc musis nostris lenensibus eximum adtu-
litis decus: a quibus & in posterum ipsæ litteræ certissimum
habebunt præsidium aliaque ornatiora suscipientur ingenia.

LAVDEM hanc vestra virtus omni iure vindicat sibi sum-
mamque spem, qua estis prædicti, omnino tuerit. natura
equidem multas variasque vobis ingenerauit dotes: contigit
vobis

vobis summa ac maximarum rerum capacissima ingenii atque
animi vis; sed incredibilis plane ac rara industria, quæ mul-
tis non mediocrem admirationem mouit, non minores com-
parauit diuitias, quas nunc possidetis numero atque adparatu
ampelas & insignes. quidquid ornata ac solida litteras colen-
di ratio postulat, ad id semper vos incitatos propeque inflam-
matos quisque vidit. testis est hæc musarum officina: testes
sunt tot præceptorum scholæ, qua discendi proficiendique cu-
piditate occupati, commentationes omniaque præcepta de-
misericordia in pectora. in hac summa industrie contentione nul-
lum litterarum genus a vobis neglectum fuit, quod ad orna-
tiorem cultum iurisprudentiæ aliquid adferre videbatis,
quippe qui iurius artem non solum excoluitis; sed etiam di-
sciplinas sapientiæ humanæ: litteras, quæ elegancia ac nitore
se commendant præcipueque historiam, quæ enarrat institu-
ta gentium, vicissitudines rerum, quatenus ad statum publi-
cum pertinent, atque exempla ad rem publicam utilissima
conseruat, felicissime didicistis. quumque hæc constans in-
dustria cum ingenio acri ac vigente, quod tribuit natura, con-
iungeretur atque exquisitis præceptis ac consilii adiuuaretur,
ampla omnino eruditio opes a vobis sunt collectæ, verum
in rectam ac probam inducti sententiam, quod scientia, quam-
uis sit copiosa ac multiplex, ad veram felicitatem rerum pu-
blicarum nihil valeat nec solidam eruditioñ laudem iure tue-
ri possit, nisi cum piis moribus sit coniuncta, iis quoque eam-
dem nauatis operam pietatisque ac sanctimoniaræ, quæ in ipso
pectore infixa est, maximum consecuti estis decus. recordor
sollertia vestrae, qua & iis præceptis in cœtu nostro vos tradi-
distis, quæ verum sensum deo ac christianiis iisque emen-
dati sacris docent: rationem sententias oraculorum diuinorum
adsequendi, monstrant traduntque, quomodo se quis ad
propositam a deo metam proferre debeat sine offensione. re-
cordor singularis diuinæ gratiæ: nec solum recordor, sed
prædicto quoque istam ac submissa mente veneror, qua omnis
scientia vestra de rebus diuinis tantam vim in pectore vestro
prodidit, vt oblii plane excelsæ nascendi conditionis
vestrae, abiecto omni rerum seculi studio, illud deo vñice
consecraueritis. in tanta natura bonitate: in tanto discen-
di ardore: in tanta gratia cælestis vi non poterat oriri, nisi
quod magnum est atque eximium quodue insignem sapien-
tiæ ac virtutis adparatum possidet. hinc sunt tot ingenii men-
tisque ornamenta, quæ in vobis quisque colit atque admira-
tur: hinc præclara scientia disciplinarum, quæ cognoscendis
legi-

legibus absoluuntur: hinc eruditionis vestræ suauitas ac gratia, quam politior atque humanior musa adulit: hinc terifi nitoris copia, illa latine, pure atque eleganter dicendi facultas, quæ haufa est ex monumentis veterum limatissimis: hinc amoenissima in mente, vita cultu atque actionibus multarum virtutum consociatio, quum alii laudant pietatem erga deum: alii prædican moris suauitatem, incredibilem erga quosvis humanitatem: alii commendant eximiam modestiam. hinc quoque est specimen fane rarissimum, quod nullo praefatio suffulti de controuersia ardua, utili ac congresu publico digna disputando dedistiſtis arque in ipso certamine insignem ingenii vim ac facultatem monstrastiſtis, summagam ex eo laudem consecuti, ore atque adplausu omnium maximopere semper celebrandam. ita virtus excellens haud latere potest in tenebris; sed ut lucem suam longe lateque diffundit; ita splendor illius atque elegantia cunctorum animos capit atque ad sui amorem laudationemque inuitat.

VOBIS igitur debedo gratulationem, quam partim insignes dotes vestræ cum summa felicitate coniunctæ; partim obseruantia, qua vos, vestram virtutem, vestra in me merita reuereor ac colo, maximo iure postulant, persoluo hocce munus religioſe ac vere meritoque vobis de cursu studiorum in hac academia prospere confecto deque speciminibus editis, quæ ſolidæ ac polita doctrinae ſunt plenifima, gratulor. deum immortalem, qui vobis præter ceteros propitius est ac res vestras sapienter atque ac benignè curat, imploro, velit felices vos florentesque feruare ac ſuperatis laborum itinerumque moleſtiis, conſilia quævis atque actiones, quæ ad ſalutem publicam pertinent, fortunare. sed tamen & hoc gratulandi officium, si non maiori; eodem tamen iure muſis debedo. felicem prædico hanc academiam, quæ poſtquam vos litteris suis aluit, singulare dignitatis ſuę a vestra fortuna ac virtute incrementum ſumſit: immo ipsum muſarum orbem fortunatum reputandum eſſe, vere exiſto, qui nunc ILLVSTRISSIMO'S COMITES in ſinu ſuo complectitur, in quibus ſpem certe maximam præſidiumque firmiffimum collocauit. nec dubito, quin mihi pietatis partes explenti gratiam conſeruetis conſtantem.

78 M 496



TA-DO

K018

b7



18.

ILLVSTRISSIMIS COMITIBVS
 AC DOMINIS,
DOMINIS
HENRICO VI.
 IVNIORIS LINEAE RVTHENO,
 COMITI AC DOMINO PLAVIAE,
 DOMINO GRAECII, CRANNICHFELDAE, GERAE,
 SCHLAEZI, LOBENSTEINII

R **E**IDERICO
 ARIA E,

BENAVIENSIS
SIS DOMINO.

IN ACADEMIA IENENSI
 O DEQVE EDITIS
 HIS SPECIMINIBVS

SERVANTIA
TVR

VVALCHIVS,
 P. P. O.

RITTERIANIS.

